



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 7. Quare saliva auribus & naribus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

crefiat; sed magis illasus servetur ad majorem gratiam percipiendam.

Quaest. 6. Quare adhibentur exorcismi super baptizandum?

Resp. Dehinc iterum, ut ait Divus Gregorius relatus in Canone, exorcizatur diabolus, ut suam nequitiam agnoscens, & justum super se judicium Dei timens, recedat ab homine; nec tam contendat eum arte sua subvertere, ne Baptismum consequatur; sed magis honorem Deo Creatori suo exhibens, reddat opus factori suo.

Can. Dehinc. De Consecr. dist. 4.

Quaest. 7. Quare imponitur saliva auribus, & naribus baptizandi?

Resp. Postea salivâ oris sui, inquit sanctus Carolus, Parochus tangit infantis aures & nares, ut aperiantur nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei & pietatis æternæ, & ad discernendum bonum odorem à malo, sanam doctrinam à corrupta: aures autem ad audiendum mandata Dei, ut doctrina qua de ore Altissimi fluxit, per ejus aures intret & ea suaviter oleat.

S. Carol. Act. p. 4. De Cere- moniis, que priusquã Exp- ris. ministrantur adhibentur.

Quaest. 8. Quare baptizandus cogitur ante Baptismum satanæ renuciare?

Resp. Ad obediendum dicto Christi qui dixit in Evangelio: Nemo potest duobus dominis ser- vire; aut enim unum odio habebit, & alte- rum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mam- monæ: qui est Deus opum. Addi potest quod ait Apostolus: Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial?

Matth. 6. v. 24.

2. Ad Corinth. cap. 6. v. 15.

Quaest. 9. Quare obligatur baptizandus ad renunciandum operibus satanæ?

Resp. Primum interrogatur Paganus, ut